Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Quaestio 4ta

Quomodo actus interior voluntatis suam bonitatem à circumstantijs

sumptas, & non pertinentes, quae actum humanum tantum comitantur, non autem afficiunt. ut cum Petrus orat v.g. ante vel post prandium &c. ubi [illegible] non pertinens, & non proprie sumpta circumstantia &c. Alias vero [illegible] dictas, quae actionem ipsam afficiunt, & ad illam pertinent, aliquid in ordine ad [illegible] rationem variant; cuiusmodi est v.g. magna vel parva intensio charitatis, magna vel parva quantitas furti. Earum porro circumstantiarum actionem humanam afficientium aliae augent tantum bonitatem & malitiam actus intra eandem speciem, aliae vero et addunt bonitatis vel malitiae speciem adeoque distinctam à [illegible], [illegible] circumstantia [illegible] furti v.g. [illegible] [illegible].

Notandum 2do circumstantias morales actionum cum S. Thoma post Ciceronem & Aristotelem assignari septem, quae hoc versu continentur

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur quomodo quando.

Quarum declaratio cum passim reperiatur apud casuistas, ea breviter traditur. Quis, ad quam revocatur illa circumstantia, quae ab alijs dicitur circa quid, denotat qualitatem & conditionem personae operantis, sitne sacerdos, an laicus? rex an servus? Quid significat qualitatem actionis aut obiecti v.g. an parva, an magna res sit ablata? Ubi significat discrimen loci sacri an profani. Quibus auxilijs significat instrumenta & media [illegible] an [illegible], blanditijs an minis [illegible]. Cur ostendit finem actionis [illegible]. quomodo denotat actus intensionem [illegible], [illegible] &c. quando [illegible], festum &c.

Notandum 3tio ex enaratis circumstantijs quasdam accidentias esse minimas, quæ se tenent ex parte objecti physicam, vel physicam qualitatem, locum &c. aliquas autem se tenere ex parte actus & ideo fatales nuncupari v.g. intensionem, durationem actus, & libertatem actus. His notatis sit

Conclusio 1ma. Dantur proprie dictæ circumstantiæ actus moralis interni, Curiel q. 28. a. 3. lib. 1. Becca. Valentia &c.

Ratio est quia circumstantia Quis v.g. dignitas personæ, & circumstantia Quomodo auget bonitatem aut malitiam intra eandem speciem: ob circumstantiam Quis qui post magna à Deo accepta beneficia peccat, gravius peccat, quam qui minora accepit: & ob circumstantiam Quomodo, potest quis eundem speciei actum v.g. charitatis cum majore aut minore intensione elicere; idem patet in alijs circumstantijs.

Conclusio 2da. Actus interior volitio habet suam bonitatem, aut malitiam accidentalem à supra dictis circumstantijs, quo videlicet circumstantiæ non habent ex se particularem ordinem conformitatis aut difformitatis ad rectam rationem. Ita Curiel Becca &c. Ratio est, tum quia actus tunc fiunt magis aut minus diff., aut conformes rectæ rationi intra eandem speciem, quo admittunt prædictas circumstantias ratione quarum habent bonitatem accidentalem, distinctam ab ea quam habent ab objectis: unde sicut per majorem intensionem v.g. caloris fit major calor: ita per intensiorem amorem & melior accidentaliter.

Conclusio 3tia aliquæ circumstantiæ accidentaliter morali bonitatem aut malitiam speciei distinctam, illæ videlicet, quæ habent libere peculiarem ordinem conformitatis aut difformitatis ad rectam rationem. Ita patet ex notabili 1mo.

Quæres quando actus habet plures moralitates, quænam sit regula cognoscendi essentialem & accidentalem. Respondeo illam esse essentialem, quæ primo constituit actum in genere moris: dicitur etiam primo constitutiva, quæ ab alia separabilis est, ita ut sine illa possit esse; quæ vero hanc necessario supponit, est accidentalis. Ut si v.g. homicidium in loco sacro committatur, malitia homicidij necessaria & essentialis censeri debet, eo quod sine malitia sacrilegij possit reperiri & tamen necessario illam supponat: quare ista malitia sacrilegij erit accidentalis, sive ex circumstantiis &c.

Arguitur 1mo: circumstantiæ accidentales extra substantiam actus, atqui
multæ enumerantur n. sunt extra substantiam actus, ergo multæ accidentales circumstantiæ.
Probatur maj. illæ n. se tenent ex parte objecti, vel ex parte actus: priores autem
è pertinere ad substantiam actus, quia objectum tribuit speciem, atque adeo entitatem
ipsi actui; posteriores item ab entitate non ita distinguuntur, quin
saltem illam involvant, ut intensio, & libertas actus.
Confirmatur, illud sine quo actus esse potest, ad eiusdem substantiam pertinet;
multis autem ex enumeratis circumstantijs hoc modo se habent v.g. sine tali solutione
... hoc numero furtum, sine hac intensione, manet hic numero actus
& sic de alijs. Resp. neg. maj.: quamquam n. multæ ex illis circumstantijs
essentiales sint actui in genere entis, sive physicè et nat., in genere tamen moris
censentur accidentales; quia ita intelliguntur advenire actui, ut substantia eiusdem
physicè et moralis promanare intelligatur, sine illis circumstantijs: ad hunc n. illi,
genus jejunium habere bonitatem virtutis temperantiæ, licet non est præceptum, obeundi
observantiam sortitur bonitatem etiam obedientiæ. Resp. ad confirmationem
esto non maneret idem numero furtum, in non ita tanta fieret quantitate, tamen esset
idem specie detracta illa quantitate: Quare eiusmodi circumstantiæ dicuntur actui acciden-
tales ea ratione, qua logici differentias individuantes individuales appellant
accidentales, vel abstrahendo non verum esse semper rei substantiam non reale, sed quoad
rationem specificam & obviam.

Arguitur 2do: quod est voluntas internus voluntatis actum, id
habet rationem objecti respectu illius actus; nequaquam quod habet rationem objecti, illud
hoc ipso non est circumstantia illius actus; atqui omnia accidentia, quæ actus interiores
in genere moris afficiunt sunt volita, ergo sunt objecta, et non sunt circumstantiæ
illius actus. Resp. 1mo quod est sit de rigore neg. maj.: nequaquam n. intensio v.
g. actus, est species quædam voliti, nec proinde species objecti voluntatis.
Resp. 2do non omne id quod habet rationem objecti qualis unquam excludit rationem circum-
stantiarum, sed tamen id, quod habet rationem objecti specifici, et quod per se dicitur, et
primario est volitum, non autem quod est objectum secundarium quod, aut volitum per accidens, vel
concomitanter, aut indirecte, quemadmodum volita sunt ea accidentia, quæ
in numero circumstantiarum ponimus, & quo ... retinent rationem
veræ circumstantiæ.

Instabis. ergo saltem eadem actio, quod novam speciem addat actui morali, non erunt circumstantiae eiusdem, cum dent obiectum specificans.
R. illa non tam stricte eodem sunt priores, sed circumstantias à S. Thoma, item à Tridentino sessione 14. c. 5. & canone 7. appellari, adeoque quia eiusdem eadem actio plerumque supponant aliud obiectum, suam speciem conferens prout dictum, sicut adulterium v. g. quod supponit incontinentiam cui incontinentiae accedat, quod fiat cum iniustitia, & violatione alieni tori; & par ratio est de alijs actibus, duplicem malitiam aut bonitatis speciem habentibus.

[margin: Ex S. Tha.] Arguitur 3tio. S. Thomas docet expresse bonitatem actus interni à solo obiecto, & nequaquam à circumstantijs petendam 1a 2ae q. 19. a. 2. in corpore.
R. S. Thomam velle, quod actus internus non sumat suam bonitatem à circumstantijs actuum exteriorum, & in eo sensu, quod hae circumstantiae relatae ad actum internum, induant rationem obiecti, tamquam partes quaedam coniunctae cum obiecto principali, cum in ratione actus externi semper maneant purae circumstantiae. Quare S. Thomas ponit hoc discrimen inter actum externum & internum, quod externi bonitas totaliter ab obiectis & circumstantijs inaequaliter desumatur, videlicet ab illo tamquam ab obiecto, ab his, tamquam à circumstantijs; interni autem bonitas totaliter desumatur ab illis omnibus quodammodo aequaliter, nimirum tamquam ab obiecto per aggregationem unius adaequati. Ratio est: quia eo ipso quod circumstantiae obiecti ut transfundant bonitatem vel malitiam suam in actum sibi sequenti ratione deliberate debeant esse intenta, & volita, vel directe vel indirecte, ergo quae non amplius sunt circumstantiae, sed obiectum, relatae tamen ad actum imperatum sive internum sive externum, manent adhuc purae circumstantiae: eadem non actui imperato, ieiunio v. g. exercito propter finem subiectionis v. g. obedientiae, quia actus imperatus ex natura sua, & per se est, spectat tamen illud motivum, quod suo obiecto per se & essentiale convenit: non autem eiusdem actui interno imperanti, qui ab eo, tamquam ab obiecto specificam & essentialem bonitatem & malitiam participat, uniusque honestatem & malitiam per se intendat; sed eo ipso intendit bonitatem vel malitiam finis ex parte cum obiecto coniunctam: ergo finis extrinsecus, aut aliquid quaecumque